



et ingnate q[ui]r in hac vita in den.

par s[ic] nō rotat p[er]ficiūtū



Sreiherr v. Ende-Alslebenitz

**XXXIX.**

**DISSERTATIO  
JURIDICO-POLITICA  
DE  
REGALIBUS,**

*Quam*

*Supremo Rege & Directore Fortunante:*

*In Celeberrima LIPSIENSIA Academia:*

Consensu, Autoritate, Decreto ac Per-  
missu, Magnifici Dn. FRANCISCI ROMA-  
NI, Icti & Ordinarij Præcellentissimi, Am-  
plissimi Dn. ELIE HEIDENREICH, Senioris Me-  
ritissimi, nec non totius confessus Inclytæ Facul-  
tatis Juridicæ Clarissimi, Consultissimiq;

**SUB PRÆSIDIO**

**HEINRICI KRAPPII LIPSIENSIS,  
U. J. LICENTIANDI**

*Privati exercitij gratiâ defendet,  
JOHANNES STÜLPNERVS,  
LVCENA-MISNICVS, LL.Stud.*

*Ad Diem XVIII. Aprilis, horâ VI.  
matutinâ, cum seqq.*

---

*LIPSIE, Excudebat JOHAN Glück.*



V I R I S

*Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis, Clarissimis, Consultissimis, Humanissimis, Præstantissimis, Prudentissimis &c.*

Dn. JOHANNI PEIN / JURIS CONSULTO

Celeberrimo, Serenissimi ac Potentissimi Principis & Domini, Dn. JOHANNIS GEORGII, Electoris ac Ducis Saxoniæ, Iuliæ, Cliviæ, & Montium, &c. Consiliario gravissimo.

Dn. IOACHIMO KRATZIO, I. U. D.  
ac Equiti Divi Marci dignissimo.

Dn. M. BALTHASARI MAVIO, Supremæ Curiæ Provincialis, apud Lipsienses, Proto-Notario solertissimo.

Dn. AMBROSI O Borstorff / Præfulatus Martisburgensis Secretario fidelissimo.

Dn. M. VALENTINO Hewstrew / Scholæ Martisburgensis Reectori meritissimo.

*Dominis Patronis, Fautoribus, Affinibus & Promotoribus suis omni obseruantia & cultu  
eternum prosequendis:*

Juridico-Politicum hoc exercitium in sui  
vterioris commendationis Symbolum:

*Dicat, Dedicat, Consecrat & Offerat*

*JOHANNES STÜLPNERVS,  
Auctor & Refl.*

DIVINA FAVENTE GRATIA:  
DISSERTATIONIS  
*JVRIDICO-POLITICÆ*  
DE  
*REGALIBUS.*  
T H E S I S I.

**R**Egalia Imperatoris Romano - Germanici inquirere, Regale desiderare ingenium, vocabuli ipsius dignitas, persona Majestas, materis præstantia & amplitudo sufficenter demonstrant. Haud inquit igitur nobis obisci poterit, quod conatu audentiori freti, nostram tenuitatem tanti ingenij vires & labores sufferre posse, censeamus.

2. Verum sciendum est, Sacratissimum Imperatorem Iustinianum in §. cumq; hoc 3. proem. Instit. studiosis Juris & Tyronibus hoc in mandatis dedisse. Ut Jura ab imperiali splendore ordiantur, & ab Imperatorijs Constitutionibus studiorum exordium faciant. Quid autem aliud vult Imperialis splendor, quid aliud Imperatorijs Constitutiones denotant, quam Imperatoris, Regum, Electorum, Principum & Civitatum Jura investigare?

3. Quæ cùm ita se habeant, nemo ut opinamur, iniquus nostri censor erit, vel jure nos culpare poterit, quod licet non nimis altum sapere videamur, nihilominus tamen Dissertationem de Regalibus instituere in animo habeamus; modò nostrum propositum hunc finem fortioriatur, ut veritas eruatur, nihilq; in Imperatoris contumeliam committatur.

4. Accedit summa utilitas, quam ejusmodi exercitia in vita communii præ se ferunt. Cognitis enim his, quæ ad Imperiale potestate spectant, contrâ non concessa, vel ab Imperatore impetrata, facilius supplicare possumus, salvâ & intactâ manente ipsius

Majestate: L. appellandi. i. §. quae situm. i. ff. de appellat. L. fin. C. si cont.  
jus vel util. publ.

5. Hisce igitur de causis praesentem de Regalibus dissertationem conscribere non sumus veriti, in primis cum sciamus, moderatae disputando non inutiliter ingenia exerceri, & veritatem saepius examinatam melius in lucē splendescere. At nihil ad ostendendam doctrinam, nihil ad captandam auram, nihil ad certam & directam determinationem inserturi, sed omnia placido animo, omnia veritatis indagandæ causā, omnia ingenij exercendi gratiā, & omnia circa ullius prejudicium proposituri sumus.

6. Denominata autem sunt Regalia à Rege: quia eo tempore, quō Regalia vigere & describi cœperunt, usus sermonis non aliter tulit, quam ut appellatione Regis Imperator sive Cæsar designaretur: Rex etenim sive Imperator est fons omnis dignitatis, Jurisdictionis & præminentie: Nam, sicuti ex Oceano flumina fluere, & ad eundem refluere dicuntur: Ita ab Imperatore in jus dicentes, per investitures, confirmationes & commissiones fluit, atque ad eundem per appellationes, querelas & supplicationes refluit Jurisdictio. Huc spectat, quod sine Regalibus neque Regnum subsistere, neque Regia manus vis ac dignitas elucescere queat.

7. Hinc Regis vocabulum in Jure nostro frequenter Imperatorum denotat: L. fin. in pr. ibi si Imperialis Majestas: item ibi: quid sanctius Imperiali est Majestate? item: Regalem sensum: Et paulo post: ex Imperiali decreto: C. de LL. L. fin. §. fin. vers. si quis, ibi: Regalis culminis: C. de Adseff. 2. 2. C. ut nemo privatus: Et c. L. fin. vers. eodemq; ibi: Majestatem Imperiale: Et mox: Regale culmen, C. de quadrienni præscript. can. quojure ext. ibi. in Legibus Regum: Item ibi: Iura imperatorum: Et paulo post: Regum iura. distincte. 8. c. solicite. 6. vers. quod autem sequitur. ibi. Rex vel Imperator. x. de major. Et obed. 1. f. 14. in pr. ibi. vel aliqua Regali dignitate. item ibid. ab Imperatore. 1. f. 26. in pr. vers. hic enim ibi ad Imperatoremire. Et vers. si vero ibi. ad Regem non venerit: 2. f. 27. in pr. ibi. Fridericus Dei gratia Romanus Imperator. Et mox. solum Regis Majestatis concordamus. 2. f. 33. §. in quibus 1. ibi. Rex Fridericus. Quamvis non inficias eam, Regem Romanorum multum ab Imperatore differre: juxta illud: Wir von Gottes Gnaden Römischer Kaiser / oder in vni serm abwesen Römischer König. Quod ipsius sufficienter confirmat exempli

exemplum VVenceslai, qui in vivis adhuc existente Carolo IV. Imperatore in Regem Romanorum electus est. Idq; postea comproubavit subsequens observantia in Maximiliano I. Ferdinando I. Maximiliano II. & Rudolpho II.

8. Definiuntur aurem Regalia, quod sunt jura, soli Imperatori Romano propria, in signum supremæ præminentiaz, & ad Imperij gubernationem, ejusq; utilitatem concessa. Quorum causam si penitus intueamur, satis dilucidè appetet, ea Majestati non tribui in præmium laborum, sed potius eandem sequi, ut umbra sequitur corpus: Neq; ad tuendam Rempublicam Imperator obligatur, quia accipi Regalia: sed quia officij ratione ad defendendam Rempublicam est obstrictus: cùm summum Imperij caput sit, quod omnes subditos, veluti membra, gubernet: At hæc gubernatio consistit in juribus Majestatis, qua sine medijs, hoc est, Regalibus, in actu deduci non posunt. Quare necesse est, ut Imperator ad gubernationem ea penes se habeat, sine quibus Imperium haud subsistit. Nov. 142. cap. 2. arg. L. cui Iurisdictio. 2. ff. de Iuris.

9. Verum, dum Regalia attribuuntur Imperatori, Pontificem minimè excludi, autumant Canonistar, Papæ assentati, vel simplicitate sui seculi decepti: Absurdum etenim fore, inquit, Pontifici denegare, quod attribuitur Imperatori: cùm hic totum Imperium ab Apostolica sede obtineat, & ab ipso Pontifice consecratus, ac auro Diademe insignitus sit.

10. At nugas has Papicolarum quis non intelligit? Pontifex enim neq; Rex est, neq; ipsi Regni gubernatio competit: arg. Matth. 20. v. 25. & seqq. cùm le Vicarium Christi profiteatur. t inter 2. v. non enim ibi. auctoritate Rom. Pont. quem constat esse vicarium IESU Christi. x. de translat. Episc. Christi autem Regnum non est de hoc mundo: sicut ipse testatur, Ioh. 18. v. 36. Accedit, quod Pontificis officium sit orare, scripturam divinam legere, sapienter meditari, ac populum docere, can. fin. distinc. 36. Non igitur Regnum & Regalia appetat, qua non à persona Ecclesiastica, verum à seculari administrari debent. can. cùm ad verum. 6. distinc. 96. sed se potius Magnitudini Imperioriaz submittat, quemadmodum Leo IV. humili mè Imperatori Ludovico se subjecit, in can. nos, si incompetenter. 41. ta. 2. q. 7. ubi emendationem promittit, & Cæsaream clementiam implorat.

rat. Quare, cùm Pius V. Cosmum Duceum Florentiæ, Coronā, & Magni Ducis Hetruriæ titulis donasset, Maximilianus II. Imperator rectissimè se se Pontifici, tanquam falcem in alienam messem mittenti, opposuit.

11. Non itaq; Majestatem Pontificis confirmat, quandoq; petita ab eo coronatio: c. venerabilem. 34. v. sed & Principes. ibi. condecoramus & coronamus. x. de elect. & elect. potest. clem. vn. in pr. ibi. & Imperij coronam accipiunt. de jurejur. vel aliquando praestitum eidem juramentum, d. clem. vn. in pr. ibi. adstringere vinculo juramenti. can. tibi Domino. 33. distinct. 63. ubi Otto Imperator jurat Iohanni XII. Pontifici, vel praetensum jus removendi Imperatorem ab imperio: c. alias. 3. ca. 15. q. 6. ubi Pontificem Zachariam Regem Francorum Childericum à Regno deposuisse, & Pipinum substituisse assertur. c. ad Apostolica. 2. vers. nos itaq; de sent. & re iudic. in 6. vel objecta translatio Imperij, à Græcis ad Germanos, in personam Caroli, beneficio Pontificis facta: d. c. venerabilem 34. ext. de elect. & elect. pot. d. clem. vn. de jurejur. vel quando Alexandrum III. pedem collo Imperatoris Friderici Barbarossa imposuisse ajunt: vel quandò Imperatori & reliquis Regibus injunctum esse dicunt, ut stapham equi Papalis teneant, & equum per frenum aliquantum ducant. Quod tamen officium stratoris potius, quam Imperatoris esse, belle dicebat Fridericus I. ad Hadrianum IV. Pontificem Romanum, cùm ascidente ipso equum in actu coronationis, sinistrum stapedem teneret, qui dextrum tenere debudisset: vel quando immemoriam præscriptionem ultrâ. 800. annos adducunt: vel similes Papicolârum affaniz: qua extant in can. Hadrianus 22. & can. in synodo. 23. dist. 63.

12. Neq; etiam à Pontifice, sed à DEO & Electoribus Regnum tenet Imperator. per text. in Constit. DEO auctore. in pr. ibi. imperium, quod nobis à celesti Majestate traditum est: de concept. digest. Nov. 73. §. quia igitur 1. in prefat. Aur. Bull. Car. IV. Imp. tit. 7. Bon succession vnd nachkommen der Thürfürsten. Quod ipsi quoq; Pontifices facentur, in d. c. venerabilem 34. v. vnd illis Principibus. ext. de Elect. & elect. pot. d. c. ad Apostolica. 2. in fin. de sent. & re iudic. in 6. Hinc Lotharius Imperator Eugenio Papa & univerlo populo in mandatis dat, ut Leges suas observent. 2. f. 52 §. fin. & Leo IV. præcepta Lotharij & reliquorum Imperatorum omnibus modis servaturum promittit: can. de ca-

de capitulis 9. distin<sup>t</sup>. 10. Vnde illud promanasse videatur, quod Imperator Romanorum olim quidem Deorum providentia, nunc vero Dei gratia: Bon Gottes Gnaden / arg. pro verb. Salom. 8. v. 15. cum seqq. & Epist. Paul ad Rom. 13. v. 1. & seqq. non autem: Bon des aller heiligsten Vaters des Bayst<sup>s</sup> gnaden / se constitutum scribat.

13. Et sanè, si Imperator à Pontifice Imperium obineret, necessarium foret in bonis Ecclesiæ, non verò in rebus secularibus illud constitutum esse: Ut enim sit Ecclesiasticum, non persona, sed materia respicienda venit, arg. 1. f. 6. in pr. ib. de rebus Ecclesiistarum. 2. f. 35. ibi. de bonis Ecclesiæ. 2. f. 40. 6. fin. At Imperium Romanum non esse rem Ecclesiasticam, sed secularē, agnoscit ipse Ponif. Nicol. in can. cùm ad utrum. 6. distin<sup>t</sup>. 96.

14. Rectè igitur Heinricus Auceps ad filium Ottонem inquit: En tibi Imperium, non à majoribus mihi relictum, sed per memet ipsum acquisitum, & à solo Deo concessum: Quod spectat, quod communī Electorū, aliorūq; Imperij Procerū decreto, Anno Christi, 1338. tempore Pontificis Benedicti XII. publicato, cautum sit, Imperatorem nullum superiorē recognoscere, sed immediatè à Deo Imperium tenere. Ac proindè verissimum est, quod de Friderico Barbarossa canit Güntherus:

Nullum caput ista super se.

Afficit, excepto colorum Rege, potestas.

15. Quā cùm ita se habeant, merito colimus Imperatorem, ut hominem à Deo secundum, solo Deo minorem: Sic enim omnibus major est, dum solo Deo minor est. Quare vana & falsa est Papicolarum gloriatio in e. sollicitate. 6. ext. de major & obed. quasi Papa Sol sit, & Imperator Luna. Quod si essent, (cùm tamen nuga mere bullata sint) socijs Ignatij Lojole, quos vulgus male sōcios Jesu nancipat, tanquam Pontificis satellitibus, reliquos quinq; Planetas attribueremus: Mercurium ob lingua volubilitatem, Venesem propter libidines, Martem ob seditiones & bella, Jovem propter dominandi cupiditatem, & Saturnum ob inquisitionem: Ut enim sidera illa erraticā ab Ecliptica, quā via Solis est, recedunt: Ita & hi à justitia & veritatis Sole IESU CHRISTO.

16. Coronatio præterea Papalis neq; potestatem, neq; Majestatem confert, neq; Imperatorem facit, sed Casarem salem electum declarat.



declarat. Et quis ignorat, Ferdinandum I. Maximilianum II. Rudolphum II. Matthiam, & nunc feliciter imperantem invictissimum Ferdinandum II. Romae nunquam fuisse coronatos? qui tamen Imperatores fuerunt, & à toto mundo pro talibus culti, ac etiamnum habentur.

17. Ab hoc loco non planè alienum erit, subjungere, quidnam de donatione Constantini Magni Imperatoris, quā Pontifici Sylvester Romam, & reliquias Italia Provincias donasse fuitur, judicandum sit? Nos eam de facto ementitam esse asseveramus, cū varie in Jure Canonico referatur: Aliter in can. *Constantinus*. 14. distinc<sup>t</sup>. 96. Aliter in can. *futuram*. 15. ca. 12. qu. 1. & Aliter in c. *fundamenta*. 17. de elect. & cl. pot. in 6.

18. Accedit, quod causa donationis sit facta: cū Constantinus Magnus Imperator non Romæ, sed Nicomedia, non à Pontifice Sylvestro, sed ab Episcopo Eusebio, non ab initio Imperii, sed anno ætatis sexagesimo quinto, Christi verò 337. immunis à lepra baptizatus, & illo ipso anno etiam denatus fuerit. At prædicto anno donationem factam esse singunt Pontificij: Constat autem Sylvestrum Anno Christi 335. debito naturæ satisfecisse: sicq; donatio facta fuit Sylvestro anno secundo, postquam jam mortuus erat.

19. Præterea donationem nulla subsecuta est traditio: Nam Eusebius & alij fide digni historici referunt. Constantium Magnum inter tres filios suos Imperium intestamento distribuisse, & Constantium occidentarium partium, Constantium orientalium, & Constantem interjectarum Principem constituisse: Romam itidem ac Italiam ultrà 400. annos, post Constantium Magnum & Sylvestrum, non sub Pontificum, verū sub Imperatorum imperio permanisse.

20. De jure quoq; invalida est hæc donatio: Et quidem respectu donantis Imperatoris, cūjus officio incumbit, non diminuere, sed sollicitè administrare, tueri & augere Imperium: Vnde semper Augustus: Allezeit mehrer des Reichs / appellatur. Nov. 11. 30. 116. 2. f. 52. & 55. Cui autem administratio concessa est, is alienare non potest. arg. c. *fraternitatem*, 2. ext. *de donat.*

21. Respectu donatarij Papæ invalida est, ad cūjus officium spectat, non regnare, sed orare, can. cūm ad verum. 6. distinc<sup>t</sup>. 96. cūm Sacerdo-

cerdotium divinis ministret, Imperium humanis praesit. Nov. 6. in  
prefat. At nemo militans Deo secularibus negotijs se implicare de-  
bet. 2. f. 21. Accedit, quod Pontifex Legitimâ probatione desti-  
tuatur: Ipsius sanè testimonium in propria causa nullum est: L. nul-  
lus 10. ff. de testibus, Nam de seipso pleraq; prædicat, ut suæ tyranni-  
di robur addat.

22. Respectu rei donatae invalida est: quoniam Imperium non  
est in commercio: quare donatio hæc nullius momenti erit: s. non  
solum 4. vers. sed si talis Inst. de legat. s. idem iuriis, 2. Inst. de invr. sfp.

23. Et licet hæc donatio revera facta fuisset, nihilominus ra-  
men revocationi semper obnoxia foret: Idq; Partim ratione Imper-  
atoris donantis, qui juramento promittit, se velle ea bona, quæ ab  
Imperio divulsa sunt, primo quoquo tempore recuperare, ac reli-  
qua sui Regni jura illibata, servare: & contra cuius honorem, inq;  
imperij præjudicium talis donatio tendit: c. intellecto. 33. ext. de jure-  
iur. Partim ratione Successorum, quibus Imperator mandare ne-  
quit, ut donationem ratam habeant. arg. L. nam Magistratus 4. ff. de  
recept. qui arb. recep. L. ille à quo. 13. S. pen. ff. ad Sc. Treb. Successor ete-  
nim non tenetur, nisi quod honestas & publica utilitas suadet, ex  
prædecessoris actis supplere. At hanc donationem utilitatem pu-  
blicam diruere, luce meridianâ clarius apparet.

24. Diximus in definitione: Regalia soli Imperatori Romane  
jure proprio competere. per text. in conslit. Frid. Imp. de pace constan-  
tia. s. volumus ut Regalia. ibi ea, quæ specialiter ad nostram Excellentiam spe-  
cialiter: Reichs Abschied / Reysers Maximiliani des andern zu Regensburg/  
Anno 1576. s. dadurch dann/ ibi. Zu vnserer Reys. sondern Hœheit vnd Re-  
servaten: f. 345. Ratio est: quia Legi Regia populus ei & in eum  
omne suum Imperium & potestatem contulit, L. quod Principi. 1. in  
pr. ff. de Conslit. Princ. s. sed & quod Principi. 6. Inst. de I. N.G. &c. Addo,  
quod Regalia propriæ sint Monarchiæ, quæ à Græcis ad Imperato-  
res Romanos, & per hos vicissim ad Romano-Germanos Impera-  
tores, jure belli potissimum devoluta est.

25. Regalia Imperatori in signum supremæ Præminentiaz, &  
ad Imperij gubernationem, ejusq; utilitatem concessa esse, nostra  
innuit definitio: Etenim, sunt quædam Regalia, quæ magis Imper-  
atoris dignitatem, supremam authoritatem & præeminentiam,

quām utilitatem concernunt. Econtra, Regalia quādam reperiuntur, quae potius Imperatoris utilitatem ac Fiscum, quām ipsius personam & praeminentiam spectant: Quae & quae ac priora, Imperatori perquām necessaria sunt, cūm impossibile sit ut sacris tributis non illatis, Respublica conservetur: Nov. 149. cap. 2. vers. etenim D E O : Et Imperator thronum Majestatis sua splendidum, & auctoritate apud exterios praevalentem, asservare debeat militem bene armatum & numerosum alere teneatur, multaq; alia magnificè ipsum expendere oporteat: id quod sine eximiā impensā fieri pequit.

26. Atq; hæc Regalia à Dd. Majora & Minora nuncupantur: Aequius tamen ac convenientius videtur, si ea Majestatis & Fisci Regalia indigitemus. Et quamvis Majestatis Regalia varia recenseantur; Nos tamē de præcipuis & potioribus saltem pauca subiiciemus.

27. Inter hæc autem insigniter conspicuum est, Ius condendi Legem universalem. L. fin. §. cum igitur 1. vers. si enim ib. Leges condere soli Imperatori concessum est. C. de L. L. Est etenim Respublica ordo, in quo Majestas subditis dominatur: penes quem igitur est dominium, penes eundem etiam dominandi instrumenta colloccari debent, quæ sunt Leges & scita superioris. Et cùm Legis virtus in coactione constat, usum suum habere nequit, nisi à Majestate aslumatur; & virtus quasi ac spiritu donetur.

28. Hodiè in universo imperio Romano, Imperator Legem universalem condit, cum assensu & consilio Statuum Imperij: Mit den Ständen des Reichs/ Reform. Kessels Friderici des dritten/ zu Frankfurte am Mayen/ Anno 1442. in pr. vers. So haben wir/ ibi. Durch anbringen/ auch mit beywesen vnd Rath/ Aur. Bull. Carol. IV. Imper. in prefat. Vndè etiam Leges in Comitijs Imperialibus conditæ appellantur Recessus Imperij, sive Comitiorum: Des Reichs Abschiede.

29. Hoc ipsum tamen Majestati Imperatoris nihil derogat, neq; efficit, ut Romano - Germanicum Imperium Aristocraticum fiat: Principes etenim & ordines Imperij æqualem cum Imperatore potentiam non habent, neq; cùm ijdem jus summæ Majestatis communicatur, siquidem Imperatore sunt inferiores: d. Reform. Kessels Friderici des dritten/ zu Frankfurte am Mayen: Anno 1442. in pr. ibi. Entstehen allen vnd jeglichen Churfürsten/ Fürsten/ vnd allen andern Bischern vnd des

des heiligen Reichs Unterthanen vnd sieben getrennen. Quod tamen fieret necessum fore, si status Imperij Romano-Germanici Aristocraticus, non vero Monarchicus esset: qualem tamen esse ex 2. & 7. cap. Dan. dilucidè appareat.

30. Notandum hic venit, Imperium nostrum reæ nuncupari Romano-Germanicum: Romanum dicitur, quia successivè ad nostra tempora & fines pervenit: Non enim Romanum Imperium angusto loco includendum est, cum Roma sit, ubi cunq; est curia Imperatoris: Germanicum appellatur, quoniam virtute Germanorum partum est, atq; ita Germanie inhæret, ut ab ejus olsibus divelli nequeat. Et sic conjunctim Romano-Germanicum reæ indigeratur, cum Romanum Imperium Germanico ita commixtum sit, ut alterum sine altero esse non possit.

31. Sicut autem solius est Imperatoris condere Legem universalem: sic quoq; eandem interpretari, est soli Imperatori permisum: L. fin. 5. cùm igitur. 1. vers. si enim C. de LL. Quod tūm demum obtinet, si sententia Legis adeò obscura sit, vt nullā omnino ratiōne elici posse, & sic ars interpretandi penitus deficiat. Vel, si tota Lex iniqua dicatur, idq; agatur, ut omnino abrogetur.

32. Specialem & localem Legem inferiores Principes & status Imperij in suis territoriis & provinciis condunt: Vnd wird der gemeine Ausschus von der Landschafft das seind die von der Dittlerschafft vnd die von vornehmen Städten daju beschrieben: Et secundum hanc Camera Imperialis pronunciare obstricta est: Ordin. Camer. part. 1. tit. 57. Von des Keyserlichen Kammer Reichers vnd der Besitzer Eyde: ibi: nach reichen/ Erbarn vnd Ländischen ordnungen / Statuten vnd Gewohnheiten der Fürstenthumb/Herrschaften vnd Gerichten.

33. Jus Monetae cuendæ Regalibus Majestatis annumeratur. Quamvis enim Moneta usus juris gentium sit: L. origo. 1. in pr. ff. de contrah. empt. At in Imperio Romano-Germanico jus Monetae cuendæ ex sua propria & singulari forma adeò civile est, ut ad solum Imperatorem pertineat. L. si quis nummos. 2. ibi. in monetis tantummodo nostro. junctia L. fin. C. de fals. mon. L. solidos. 1. C. de ret. numis. pot. Reichs-Abschied Keyseris Caroli des Fünften zu Augspurg/ Anno 1551. 5. So haben wir vns auch. ibi. Dergleichen diejenigen/ so von vns oder vnsen Vorfahren im Reich/ mit der Regel der Müns gesreyer sind/ f. 63. Reichs-Abschied

B 5 Rehe



Keyfers Maximiliani des Andern / zu Speyer / Anno 1570. s. Absidem auch  
die Münzgerechtigkeit kein Mercanzij/ sondern vñser Keyserlich Regal. f. 295.  
Hinc Carolus Magnus Jus Monetae tantoperē pro Regali habuit, ut  
alibi, quam in suo Palatio Monetam cudi noluerit.

34. Reliqui Imperii Principes, Duces & Civitates hac cūdendi  
potestate fruentes, eam, non nisi ex specialia auctoritate, & permis-  
su Imperatoris, vel immemorialis temporis præscriptione habent,  
Et nihilominus Imperatoris nomen præponitur, monetaq; ipsorum,  
rogationibus Imperij, & cognitioni circulorum singulorum, qui-  
bus ea de re publice inquirendi est potestas, subiicitur, & valor à  
Supremæ potestatis auctoritate dependet. *Aur. Bull. Car. IV. Imp.*  
*tit. 10.* Von der Münz: Reichsabschied. Keyfers Caroli des Fünfften / zu  
Augsburg/ Anno 1551. s. So haben vor vns auch vers. Dergleichen / ibi.  
so von vns/ oder vñsern Vorfahren im Reich/ mit dem Regal der Münz ge-  
freyet sind. f. 68. Reichsabsch. Keyfers Maximiliani des Andern zu Speyer/  
Anno 1570. s. Absidem auch/ ibi. so die Münzfälsche aus vñsern sondern ver-  
trauen brauchen sollen. f. 295.

35. Idq; clarius appareret ex forma, quæ hodiè non arbitaria,  
sed certa & legitima est: Keyfers Ferdinandi des Ersten/ neuen Münz-  
ordnung zu Augsburg/ Anno 1559. aufgerichtet / s. Wie aber vorgestelte sor-  
ten/ ibi. Vnde sol auff der einen seiten vñser vns des Reichs Keyser Adler/ mit  
zweyen Köpfen/ vnd des Reichs Appel in des Adlers brust/ vnd in demselbi-  
gen allerwegen die steffer/ wie viel Kreuzer dasselbe stück gelte/ gesetzte werden/  
mit der vmbbeschrifft: *FERDINANDI IMP. AUG. P. F. DECRETO*: Auf  
der andern seiten/ des Münzherren oder Standis Wappen, mit sampt seiner  
gewöhnlichen vmbbeschrifft/ vnd der Jahrzahl/ wo die zum füglichsten zu stel-  
len f. 212.

36. Cumq; ex proba Moneta Princeps bonus sit agnoscendus,  
juxta illud Philippi Hassia Principis: Man sol einen Fürsten kennen bey  
reiner Straßen/ guter Münz/ vnd haltung beschehener zusage: Merito in  
eos, qui in hoc Regale delinquunt, pena ignis animadverticetur: L. si  
quis nummos: 2. in fin. ibi. flammorum exulsionibus manipetur: C. de falsa  
mon. Peinliche Hassigerichts ordnung/ Keyfers Caroli des Fünfften/ art. 111.  
Straff der Münzfälscher/ vnd auch der/ so ohn habend freiheit Münzen. ibi.  
Die sollen nach gewonheit/ auch Satzung der Recht/ mit dem Gewer vom Ge-  
ben zum Tode gestrafft werden.

37. Qu. 2

37. Quā pœnā etiam plectuntur ijs, qui non Imperatoris, sed alterius Principis vel Civitatis Monetam falsam formant, & dolo malo expendunt: d. L. si quis nummos: 2. C. de falsa mon. Reichsabsch. Reysers Caroli des Fünfsten/ zu Augsp. Anno 1551. §. Darauf daß sich maniglichen firthin bey straff des Feuers ic f. 68. Peinlichen Halsgerichtsordnung / Reysers Caroli des Fünfsten: d. art. 111. Straff der Münzfälscher/ vnd auch der so ohn habend freyheit Münzen: qui textus omnes, cum generaliter loquantur, nec inter Monetam Imperatoris & alterius Principis seu Civitatis distinguant, sed æquali ignis pœnā delinquentes prosequantur, nobis quoq; distinguere concessum haud erit: Ratio hujus rei est: quia & alterius Principis vel Civitatis Moneta, Imperij Moneta est, & non à Principe vel Civitate Monetam cudente, sed ab Imperatore potestatem concedente, auctoritatem habet. Reichsabsch. Reysers Caroli des Fünfsten/ zu Augspurg/ Anno 1551. §. So haben wir uns auch vers. Dergleichen diejenigen f. 68. Reichsabsch. Reysers Maximiliani des Andern/ zu Speyer/ Anno 1570. §. Als dann auch f. 295. Vide supra th. 322.

38. Eadem pœnā & illi afficiuntur, qui falsam Monetam exiguī valoris, videlicet, nummos vel obulos falsos percutiunt: cum nullibi inter Monetam magni & exigui valoris, quoad pœnam distinguatur: Et hi, qui falsam Monetam exiguī valoris formant, crimen læse Majestatis committant, dūm Imperatori potestatem suam detrahere, eamq; sibi vindicare, ac dolose attribuere desiderent.

39. Diversum obtinet in illis, qui Monetam probam, hoc est, justi ponderis, absq; indulgentia Imperatoris cudent: Hi namq; pœnā arbitrariā, vel corporis afflictivā, id est, abscissionis manus seu fusigationis, vel multatā pro gravitate delicti plectuntur: In Moneta etenim justa haec duo conjunctim requiruntur, veritas nempe & auctoritas. Ut ut igitur ad sit veritas, deest tamen auctoritas, nimirū, privilegium summī Principis, Monetam formandi, quod per se Majestatis crimen est, & arbitrariè punitur: L. fin. C. de falsa mon. Peinliche Halsgerichtsordnung Reysers Caroli des Fünfsten. d. art. 111. Straff der Münzfälscher/ vnd auch dieso ohn habend Freyheit Münzen: ibi. Welcher auch ohne habende freyen Münze/ der sol gefänglich eingelagte/ vnd nach rath an Leib vnd Gut/ nach gestalt der Sachen, gestrafft werden.

40. Veram etiam Majestatem præ se ferr extrema provocatio.  
Quod enim ab Imperatore nob̄ appellatur, à sola ipsius suprema  
potestate dependet: Ipse namq; est, qui provocatur, nec major eo  
in terris reperitur, ad quem eatur. Hinc recte nominatur summus  
Princeps, adeoq; talis, ad quem postremò appellatur: *L. tractan-*  
*dum. i. §. & quidem. i. ibi. statim est, illud admonere, à Principe appellare*  
*fas non esse. ff. à quib. appell. non lic.*

41. A Cæsare sanè male informato & instruto, ad melius in-  
formandum atq; instruendum appellare concessum erit. Quo ge-  
nere provocationis usus est Ludovicus Borbonius Princeps Con-  
daeus: Anno 1560. à sententia Francisci II. Regis Francorum, quam  
in Senatu, causâ incognitâ, tulisse dicebatur.

42. Ad Regalia Majestatis referunt etiam Jus Belli indicendi:  
can. quid' culpatur. 4. vers. ordo tamen. caus. 29. q. 1. Reichsabsch. Rensers  
Ferdinandi des Ersten zu Augspurg/ Anno 1555. S. Wo sich aber über dñs al-  
les. juncto 5. seq. f. 87. Ordin. Cam. par. 2. tit. 15. Dass wieder die Obrigkeit/  
Die wieder die Herrenlose Buße / andern nichl hülf ihun / an Kammerges-  
richt gelagt mög werden: ibi. aus der Rens May. oder vnserm jugehen vnd  
etabnis: Nisi etenim hoc jus ad unum referretur, nunquam ac-  
quiesceret Respublica à turbis & bellis civilibus, nunquam deesset  
seditionis Civitas, vel Princeps impatiens, qui ex cogitata verisimili  
quadam causa, bella lacestere vicinum suum non audeat. Hinc Cy-  
rus militarem scientiam, tanquam libertatis & felicitatis instru-  
mentum sibi soli reservavit, dum inquit: Sicut arma cæteris ade-  
mimus, ita nos ipsos nunquam ab armis desistui oportet.

43. Cum igitur soli Imperatori jus & potestas belli gerendi,  
delectum habendi, & exercitum comparandi competat: Princi-  
pes inferiores & privati, qui jus suum apud superiorem persequi pos-  
sunt, ad judicium Martis decurrere non debent: Regulariter enim  
nemo inconsulto Imperatore arma movere potest: *L. vn. C. iii. arm.*  
*vssus inscio Princ. interd. sit: Nov. 85.* Quod si quis sine licentia Impe-  
ratoris bellum indexerit & pararit, licet feliciter & magnâ cùm vi-  
ctoriâ gesisset, in lesa pacis publice & Majestatis crimen incidit:  
*L. Lex. 3. vers. eadem. ff. ad L. Iul. Majest. L. pen. C. de re milit.*

44. Quamvis autem ad solum Imperatorem jus belli indicen-  
dispetet, nihilominus tamen secundum eō respicere debet, ne ex Tur-  
cis,

cis, aliove populo infideli, fœdere pœunte, milites, ad sui defensio-  
nem, contra alios Christianos conferibat. Mandato enim divino  
fœdera cum hominibus diversa Religionis expreſſe prohibita sunt:  
*Exod. 23. v. pen.* & *cap. 34. v. 12.* *Deut. 7. v. 2.* *Esaia. 30. v. 1.* *cum seqq.* &  
*31. v. 1.* *cum seqq.* *Amos. 5. v. 4.* & *5.* Quoniam non arabis cum bove  
& asino simul. *Deut. 22. v. 10.* & homines diversa professionis in uno  
officio non sociabis. *can. in nona. 22.* *Vers. quod etiam. cauf. 16. q. 7.*

45. Et sanè si admitteretur confederatio fidelium cum infideli-  
bus, tūm constitueretur exercitus ex pijs & impijs, & sic sincera  
Religio cum Idololatria, Deus cum Belial, veraq; pieras cum super-  
stitione commiseretur, ac facile fideles propter humanae naturæ  
infirmitatem infici possent: *Paul. 2. ad Corinth. 6. v. 14.* *cum seqq.* Nam  
quomodo incorruptus poteris permanere, qui corruptis sociaris?  
*can. quia quis. 5. in fin.* *cauf. 23. q. 4.* cum perverſis enim perverſus fies:  
*Psalm. 18. v. 26.* Qua communicatio lucis cum tenebris? Quis Chri-  
stianis cum Christi persecutoribus consensus? Mus in pera, serpens  
in gremio, quam commodè veratur?

46. Imò potius urgente necessitatibus telo ad Divinum auxilium  
recurrendum, & victoria à solo Deo speranda ac petenda erit: cui  
non est difficile, etiam paucis hostem sternere: *i. Sam. 14. 6.* At in-  
fideles victoria laudem neq; à verò Deo perunt, neq; eidem acce-  
ptam ferunt, sicq; victoria gloria, soli Deo debita, ad Deos alienos  
& idola impiè transfertur.

47. Experti præterea Politici tradunt, semper periculosa & du-  
bia esse fœdera cum ijs, qui in diversa Politia forma vivunt, eò, quod  
diversus eorum à fidelibus sit animus, diversa in rebus agendis fo-  
veant consilia, fœderibus maximè inimica, rebus adversis fugā sibi  
consulant, rebus secundis victoria laudem sibi tribunnt, & ubi insi-  
lent, confederates opprimāt, & sibi omne Imperium arrogent;

48. Porrò, cum in summo Principe omnes thelauri dignitatum  
sint reconditi. Jus conferendi dignitates omnino ad Regalia perti-  
nebit. Hinc potest Imperator Reges, Archiduces, Dukes, Principes,  
Marchiones, Landgravios, Pfaltzgravios, Burggravios, Comites &  
Barones creare, ac cum hisce dignitatibus feuda Imperio adapta-  
ta conferre.

49. Jus quoq; creandi Nobiles ad Imperatorem spectat: Is  
enim

enim solus nobilitare hominem potest, inq; ipsius positum est arbitrio, quos velit Nobiles reddere: arg. text. s. f. 10. quas madmodum & Comites Palatinos creare potest.

50. Imperatorem dignitates conferre diximus: Ex quo sequitur, ad Majestatis Regalia pertinere, creare Doctores, Licentiatos, Magistros, Baccalaureos; Nam hi gradus dignitates sunt: arg. L. Magistrorum. 7. C. de Profess. & Medic. Nov. 117. cap. 4. vers. reliquos. ibi. cuiuslibet sunt dignitatis, aut militia, aut studij: Cum autem Imperator ob longinquam itinera, & difficultatem conveniendi, rarissime in propria persona, hosce honores, alieci conferre queat. Igitur Cancelleriis cuiuscunq; Academie potestatem concessit, titulo Doctoratus, Licentiatarum, Magisterii & Baccalaureatus coronare illos, qui palmam studiorum meruerunt.

51. In societatem Regalium Majestatis admittimus quoq; potestatem Legitimandi liberos naturales. Si enim pater hos liberos legitimos cupiat, id Imperatoris beneficio consequi potest: Nov. 74. cap. 2. §. si verò. i. Nov. 89. cap. 9. Neq; ad hanc legitimationem Agnatorum consensum requirimus, nisi de successione feudi agatur: cum Princeps, ne quidem ex plenitude potestatis, dissentientibus Domino feudi & Agnatis, naturales ad feudi successionem legitimare queat. arg. L. pen. C. de prec. Imp. off. & tit. 7. in pr. Juncto tit. 13. lib. 1. feud.

52. Sed Quæstio hic oritur, non usquequaq; expedita: Num Imperator etiam eos naturales liberos legitimare possit, qui alieni sunt Imperij sive Regni? Affirmativam defendendam suscipiemus: Est enim totius mundi Dominus, quoad supremam Jurisdictionem & Protectionem: Quare etiam in his personis, quæ alii Regibus & Principibus subsunt, suam exercere potestatem poterit.

53. Jus concedendi Jurisdictionem de Regalibus Majestatis esse, nemo est, qui ambigit. Sed de Mero Imperio controvèrtitur? At distinguendum est inter concessionem Meri Imperii, & inter ipsum Merum Imperium, ut illa dicatur de Regalibus, hoc non item, cum Magistratibus & Judicibus competat.

54. Majestatis Regalia hæc attigisse sufficiat: Sequuntur nunc Fisci. Præmittendum autem est, quod c. vn. que sint Regal. Auctor non sit Fridericus III. qui Imperium Anno 1440. consecutus, sed Fride-

Fridericus I. qui Anno 1152. ad Imperium electus est. Hinc Otto Frisingensis, qui tempore Friderici I. vixit, & Radevicus ac Guntnerus, qui res gestas Friderici I. descripserunt, hujus de Regalibus Constitutionis, ibidem mentionem fecerunt. Atq; hic Fridericus I. jura fiscalia antea ab Italies denegata, recuperavit. Nam cum pleriq; Episcopi & Civitates eorum usum sibi arrogassent, ipse ea sibi vindicavit, licentiam eorum correxit, partaq; victoria, ut major esset de ipsis certitudo, hanc constitutionem edidit.

55. Præterea considerandum est, in d. c. vn. que sint Regal. non Majestatis Regalia quædam, sed saltem Fisci recenseri, que antea longo tempore extincta, & tandem ab Italies Friderico I. restituta sunt. Nos vero non singula, que in d. c. vn. proponuntur, sed tantum ea, que Regales nobis suppeditat controversias, perpendemus.

56. Fisci itaq; Regalibus in d. c. vn. que sint Regal. annumerantur via Publica. De quibus sciendum est, eas hoc loco continere omne jus fiscale, omnesq; redditus, qui ex viis publicis dependent, & ad caput Reipublicæ, vel eos, qui ex hujus concessione hoc Regale habent, proveniunt. Ex hoc Regali fluit etiam potestas instituendi cursus seu equos publicos, (quos vulgo Postas vocant) cum & ipsis haud parvum vestigial fisco inferant.

57. Sed Quæstio oritur ex controversis quotidiana: Si in via publica committatur homicidium, juxta quam unus habet Merum Imperium, alter vero Regalia, cuius erit cognitio? Et Respondeatur, quod illius, cui Merum Imperium competit: Nam Merum Imperium cum iure Regali nihil habet commune: Est enim potestas gladij ad animadverendum in facinorosos: L. Imperium 3. ff. de iuris. Regalia vero, vel ad Imperatoris honorem, & Imperij gubernationem, vel ad Fisci augmentum spectant: Quocirca cognitio regis ad Merum Imperium, quam ad Regalia pertinebit. Insuper, cui concessum est Merum Imperium in universo territorio, ei quoque in qualibet territorij parte concessum esse intelligitur: L. pupillus. 239. s. territorium. 8. ibi. intra eos fines. ff. de V. s. Cum igitur via publica per aliquius territoriū transeat, adeoque; ejusdem quasi pars sit, ei quoque; in via publica Merum Imperiū concessum censemur. Atque hec assertio approbata est in Churf. Sächs. anno 1612. Publicarum Politionem/ tir. Justitiæ sachen. s. Und weil zum Vier und zwanzigsten / wegen der Fälle / sc.

58. Præcedenti Quæstioni. & hanc per vulgatam ac per vetustam subiectere controversiam placet: Si Sejus & Sempronius herum habeant Imperium, & hominis occisi pars altera in Seji, altera in Sempronii fundo, sicq; in confinio duorum territoriorum reperiatur, quis tunc competens Judex erit? Varie hac de re extant opiniones Doctorum, à capite, à corde, à pedibus, & aliis conjecturis desumptæ, quæ tam en omnes, incertæ sunt.

59. Et quidem à capite nullum certum jus sumi potest: Sit sanguinem principalior corporis pars, caput: L. cùm in diversis: 44. in pr. ff. de relig. & sumpt. fun. quid. verò illud ad locum, in quo verisimiliter cædes commissa est? Vix certè fieri potest, ut ubi caput reperitur, commissum homicidium presumatur, cùm ex communiter accidentibus verosimilius sit, caput facilius projici, & corporis trunco immoto, in alium locum provehi.

60. A corde etiam, tanquam præstantissimo hominis membro, nulla extrui Regula potest, cùm ex membris dignitate haud fundetur Jurisdicçio, & Jureconsulti non interna, sed externa, scrutentur & sectentur: sicq; hic non internus, sed externus locus considerandus veniat: L. quæstionis iuncta aut. quia in provincia. C. vbi de crim. agi oport.

61. A pedibus quoq; nulla est consequentia: cùm vulneratus non facilè tam violentâ morte extinguitur, ut ne pedem quidem de loco, in quo stetit, moveat, & licet pronus cadat, nihilominus tamen alium pedes locum occupare frequenter & possunt & solent. Imòres pluribus involveretur difficultatibus, si unus pes aliud, & alter fortè itidem aliud territorium contingat. Quare ad utrumq; confinem pertinebit, hac de re judicare: arg. L. si verd. s. §. interdum. 2. in fin. ff. de his, qui effudi. vel defec.

62. Vectigalia, sive Telonia jam videbimus, quæ ad Fisci Regalia referuntur, in d. e. vn. ibi. vectigalia, quæ vulgo dicuntur telonia: que sint Regal. non propterea, quod Imperator. Jus exigendi vectigalia Principi aut Baronii tribuere soleat, sed quia augent Fiscum Imperatoris: Per vectigalia etenim intelligitur omnis redditus, qui Fisco Imperatoris praefatur, pro mercibus, quæ importantur & exportantur: arg. L. Prætor. 1. s. hic titulus. 1. ff. de publican. L. inter publica. 17. S. publica. 1. ff. de V. S. Quâ ratione vectigalia etiam nervi Reipublicæ appellantur: in L. in criminibus. 1. s. in causa. 20. ff. de quæstion. Nov. 149. cap. 2. & Nov. 161. cap. 2.

63. Ad

63. Ad horum præstationem quilibet est obstrictus, nisi per  
privilegium se exemptum doceat: quales sunt Navicularii: L. nullum  
3. C. de navicul. Consiliarii, alioq; ad Imperii consilium deputati:  
Zum ReichsRath gehörig. Regiments Ordnung Keyser Maximiliani des  
Ersten zu Augspurg anno 1500. tit. Alle so in des Reichs Regiment gehörig/  
sollen aller Zax / Zoll vnd Ingelbes frey seyn. f. 22. Professores item ac  
Studioſi, Literis in Academiis Publicis operam navantes: Cujus  
ramen privilegii rationem non ex L. Universi. s. C. de vestigal. sed ex  
aut. habita. C. ne fil. pro pat. petimus, quæ securitatem hisce promit-  
tit: Non autem securum est iter, vel secura habitatio, si quis veſti-  
galibus gravetur.

64. Similiter Fisco queruntur pœnarum, multarumq; com-  
pendia. d.c.vn.ibi. multarum, pœnarumq; compendia. quæ sim Regal. Nisi  
Judex id, quod ad pœnam admissi facinoris exculpitur, vel publicis  
operibus, vel cursui publico, vel aliis necessariis causis specialiter  
deputaverit: L. Multarum. C. de modo mult.

65. Sed dubio non caret: Cui pœna, quæ ex popularibus actio-  
nibus Reo imponitur, applicari debeat. Actori an Fisco, an verò in-  
ter vtrumq; sit dividenda? Pro Actori concludimus. per L. Praetor.  
33. in pr. ff. de sepulch. viol. L. vt. si cur. in pr. vers. quod si ex populari. ff.  
de V. S.

66. Præterea Fisco applicantur bona, quæ indignis auferuntur,  
non modò de itere novo: d.c.vn.ibi. & quæ, vt ab indignis, Legibus an-  
feruntur: quæ sint Regal. Verùm etiam de jure veteri: Nam olim  
quoq; Leges hæc bona Fisco addicabant: L. Papinianus. 8.5. meminisse.  
14. ibi. & id fisco vindicari, quasi indigne oblatum. ff. de inoff. testam. L. va-  
ria. 1. in pr. ibi. vel quod indignus. ff. de jure fisci. L. vn. 5. que autem. 12.  
ibi. quæ vt indignis auferuntur, in nostrum fiscum perveniant. C. de aduc. toll.

67. Sic bona committentium crimen læzæ Majestatis ad Fi-  
scum pertinent: d.c.vn. ferè circa fin. ibi. & bona committentium crimen  
Majestatis: quæ sint Regal. Quemadmodum & jure Civili bona omnia  
committentium crimen læzæ Majestatis, Fisco Imperiali addiceban-  
tur: L. fin. ibi. hereditas fisco vindicatur: ff. ad L. Iul. Majest. L. quisquis.  
in fin. pri. bonis ejus omnibus fisco nostro addicti: L. Majestatis. 6. in pr.  
ibi. confiscatur eorum substantia. L. meminisse. 7. in pr. ibi. bona post mortem  
fisco vindicari iussit. L. fin. in pr. ibi. & ejus bona successori ejus eripiantur. C.  
eod. Nov. 134. c.fin.in fin.

68. Favorabiliora sunt incrementa, quæ fiscus percipit ex bonis vacantibus: d. c. vn. ibi. bona vacantia quæ sint Regal. Quod sit, quando nullum ex qualibet sanguinis linea, vel juris titulo legitimum reliquit intestatus heredem, L. pen. C. de bon. vacant. Ex sanguinis autem linea, & is legitimus heres existit, qui ultra decimum agnationis aut cognationis gradum succedit. Nov. 118. cap. 3. Juris vero titulo heredes sunt, qui præter sanguinis rationem jure Civili aut Prætorio defuncto aliquis succedunt. Veluti conjunx. L. vn. C. unde vir & vx. consors. L. si quis 1. L. si quis. 3. C. de hered. decur. Qualem titulum cum non habeat tutor in bonis pupilli vacantibus, excludere fiscum nequit, maximè, si tutelam gratis administrare tenetur: L. à autoribus: 33. §. fin. ff. de administ. & peric. tut.

69. Ulterius ad Fisci Regalia spectant Fodina Metallica & Salina: d. c. vn. ibi. argentaria. item ibi. salinarum. quæ sint Regal. Et quidem per fodinas metallicas seu argentarias intelligimus tributum, redditum, seu vestigal quoddam, quod homines privati ex metalli fodinis, quas suis in pradijs habent, fisco Imperatoris praestare tenentur. arg. L. inter publica. 17. §. publica 1. ff. de V. S. Sicut autem ex fodinis, ita etiam ex Salinis redditus seu vestigalia Fisco debentur: cum salinarum & fodinarum idem jus sit: d. L. inter publica. 17. §. publica. 1. ff. de V. S. L. neq; 1. in pr. vers. paucis. ff. quod cuiuscunq; nomi. L. sed si. 3. §. fin. L. magis. S. §. sed & si. 1. ff. de reb. cor. qui sub tut. vel cura. L. forma. 4. §. salina. 7. ff. de censibus.

70. Fisci quoq; Regalibus adsificantur Piscationum Reditus: d. c. vn. ibi. piscationum redditus: quæ sint Regal. Omnis enim fluminum, portuumq; utilitas ad Principem pertinet: quare etiam piscationum in illis & mari institutarum redditus, d. L. inter publica. 17. §. publica. 1. ff. de V. S. ad eundem spectabit. Per Reditum autem piscationum intelligitur vestigal, quod ex piscationibus, quæ in mari & fluminibus publicis sunt. Fiscus Imperatoris capit.

71. A Piscationum Reditibus ad venationes nonnulli inferunt, quos haud sequimur: cum per piscationes, argentarias & salinas, tantum redditus, pensiones & certa vestigalia in d. c. vna quæ sint Regal. intelligantur: Hoc autem in loco de ipso jure venandi agatur.

72. Et quamvis venatio sit modus acquirendi de jure Civili antiquiori omnibus permisus, §. fera 12. Inst. de rer. divis. L. quarundam.

10. §.

1. §. omnia i. junct. L.L. seqq. ff. de A.R. D. L. injuriarum. 13. §. fin. ff. de Injur. Tamen à Friderico I. Imperatore nihilominus primū coartatus est; in e. vn. §. posse natalem. 4. vers. nemo retia. 2. f. 27. vbi venandi facultatem subditis admetit, sed non simpliciter, verū habitatione illius temporis, voluit omnibus occasionibns violandi pacem publicam occurrere, cùm & ex venationibus rixæ & pugnæ nasci, adeoq; pax publica eo modo facilè violari possit.

73. Longissima deniq; confuetudine jus venandi privatis penitus ademptum est. Hisce potissimum de causis. 1. vt Principes pro molestijs, quas in gubernatione sustinent, recreationem habeant: 2. Ne Privati à rebus agendis abducti, otio indulgere, & latrociniis assuēscere incipient, quibus alijs nemora infecta esse solent. 3. Ut armorum licentia reprimatur. 4. Ne perent species in animantibus.

74. Hodie igitur à Sacra Cæsarea Majestate venatio Principibus Imperij, vt jus accessoriorum Principatus & Ducatus in feudum concedi solet, cum omni jure Foresti summi & simplicis, & omnimoda venatione: Wiltz aller Fürstlicher Obrigkeit / Wildbahnen / Jagen vnd Jagengerechtigkeit: Ita tamen, vt per hujusmodi concessionem iis, qui in usu, exercitio, & quasi possessione juris venandi longissimo tempore fuerunt, nullum fiat præjudicium.

75. Ex quibus fatis dilucide appetet, jus venandi ad Regalia referri haud posse: Non ad Majestatis: Hæc enim ad supremum Imperatoris honorem, & ad gubernationem Imperii pertinent: Id quod de venationibus nemo dicet: Multò minus ad Fisci. Fiscum namq; venatio non auger: cùm venationis sumptus prædam plerumq; superent: vt est in aperto.

76. Postremò Regalibus Fisci adjungimus, dimidium thesauri in loco Religioso, non datâ operâ inventi. d. e. vn. in fin. quæ sint Regal. Quod si quis in loco Religioso seu alieno datâ operâ & præmeditato consilio querat, torus thesaurus ei aufertur, ne detur occasio sepulchrorum violandorum, & quod in alieno fodiendi nihil juris nobis sit: arg. L. culpa. 36. ff. de R. I.

77. De Jure Civili valde controvertitur: Si in loco Religioso thesaurus repertus sit, cui acquiratur? Gravis hac de re pugna est inter §. thesaurus. 39. Inst. de rer. divis. & L. non intelligitur. 3. §. si in locis. 2. ff. de jure fisci. Distinguunt quidam inter locum Religiosum pu-

blicum & privatum , quam tamen distinctionem approbare haud possumus , cum exprestè , in d. L 3 § 20. ut & in L. inter publica . 17. in pr. ff. de V. S. loca Religiosa à publicis separentur.

78. Melius itaq; & rectius nos facturos existimamus , si d. § . thesauros 39. accipiamus de loco Religioso , suo & proprio , quem quis suā voluntate mortuum inferendo facere potest : § . Religiosum 9. Inst. de rer. div. in quo thesaurus à fundi domino repertus , ex asse & in solidum ad inventorem spectat . Quamvis enim locus Religiosus nullius propriè sit : § . nullius . 7. Inst. d.r. Attamen cùm fundo , qui privatius est , cohæreat , illius quoddammodo esse censetur , cuius est totus fundus .

79. Sed à Doctoribus non inutiliter disputari solet : Num etiam Jure Canonico , dimidium thesauri in loco Religioso inventi , Fisco acquiratur ? Negantium opinioni subscribimus . Vbicunq; enim ratio alicujus rei cessat , ibi etiam ipsum jus : e. liceit . i. de const. in 6. At Jure Canonico cessat ratio , qua militat jure Civili : Nam hoc Civili Jure loca religiosa in nullius bonis sunt : d. § . nullius . 7. Inst. de rer. div. At Iure Canonico loca Religiosa sunt in dominio Ecclesiarum : Vndē Imperator , alijsvē summus Princeps facultatem disponendi de rebus Ecclesiasticis non habet . can. non placuit . 23. can. laicis . 24. canis . 16. q. 7. propterea , quod res illae sint Ecclesiarum propriæ : e. Ecclesia . 10. x. de constit. i. t. x. de reb. Eccles. alien. vel non. e. sed hoc . i. in fin. ibi. omnia perpetuò sanctificantur , & in ius ejus tradantur . x. de success. ac intest.

80. Regalia , quorum haec tenuis mentionem fecimus , ordinaria collationis rationem obtinent . Superest extraordinaria , ad felicissimam Regalis Numinis expeditionem suscipiendam : Die Reichsstevor zu einem Römerzug . d. c. vn. ibi . & extraordinaria collatio , ad felicissimam Regalis Numinis Expeditionem : qua sint Regal. significatae ; Comitatum , qui Romano Regi pro consequendâ Imperii Coronâ Romanam abeunti præstandus . Ad quem quilibet Vasallus est obligatus , nisi in sui locum Domino acceptabilem substituat , vel dimidium ex unius anni fructibus præstet . 2 f. 34. § . similiter . 2. De lute Saxonico , Sol ein jeglicher Man mit seinem Herren / der des Reichs Lehngut / von ihm zu Ehen hat / so den Römischen König gen Rom geleitet / ihen / oder sol die färch lösen / mit dem zehnenden pfund des Zinses / den er jährlich von ihm hatte : Lehne cap. 4. 81. Sed

81. Sed nostro tempore, cùm ratiō sit hujus Rōmanā expeditiōnis vias, nomen quidem, & cum eo ipsum Regale retinetur, at res ad aliū vias pro imperii necessitate transfertur: veluti, quando sumptus ob bellum Turcis inferendum, aut ob aliam causam à Statib⁹ conferuntur. Et hæc Fisci Regalia pro instituti nostri ratione enumerasse sufficiat.

82. Restat nunc, ut de Acquisitione Regalium paucis agamus: Scieundum aurem est, Regalia Imperatoris concessione expressa acquiri posse: c. super quibusdam. 26. vers. præterā. ibi. Imperatorum largitione concessa: x. de V. s. si videlicet feuda Regalia, Reges, Duces & alii ab Imperatore per investituras habeant, c. vn. 2. f. 10. vel Regalia per se ab Imperatore ex speciali privilegio consequantur.

83. Ex quibus satis liquet, differre Imperatorem ab alijs inferioribus, quibus ipso jure Regalia competere nequeunt, licet quādam illis concedantur. Electoribus siquidem Imperij Regalia tribuuntur, cùm horum suprema in Imperio post Imperatorem & Romanorum Regem sit dignitas, & præ reliquis Imperij Principibus quām plurimas alias insignes prærogativas habeant, nempe, quod singuli Electores Aestuorem Cameræ Imperialis repræsentent, licet reliqui ordines conjunctim nomine circulorum suorum id faciant, in quibus plures sunt Principes, & alii Status cum iis conjuncti: Ordin. Cam. par. 1. tit. 1. Erstlich von Personen vnd Sachen so nicht dem Reich ohne mittel sondern andern Gerichten unterworffen vnd an das Kammergericht in nächster Instanz nicht gehörig. Quod in Liberis Electorum tutela & cura. Anno ætatis decimo octavo finiatur, ita, ut hoc anno adimpleto, non tantum sint Electores, sed etiam Ducatus & Principatus sui administrationem habeant. Aut. Bull. Caroli IV. Imp. tit. 7. Von succession vnd nachkommen der Churfürsten. Hinc cùm Ludovicus Elector Palatinus annum ætatis sua decimum octavum explevisset, Patruus Otto Dux Palatinus Tutor ei & Electoratum & Palatinum restituit. Idem factum in domo Saxonica, cùm Christianus II. Elector p. m. legitimos annos compleset, à Friderico V. Vilhelmo Saxonia Pro Electore.

84. Simili modo Duces, Comites, alijq; Imperii Proceres Regalia habent, ut quilibet ferè in suo territorio posse videatur, quod ipse Imperator in universo Imperio. Hoc tamen axioma, non absolute,

sed



sed cum quodam respectu accipiendum est, scilicet, quoad concessa,  
non autem quoad alia.

85. Manet itaq; Regalia ab inferioribus beneficio & concessione Imperatoris obtinerti, vel per feudum, vel per præscriptionem, vel alijs etiam modis, quibus translata Reipublicæ salutem labefactare, & debitam Principi reverentiam evertere nequeunt. Quod licet quidam indistinctè de omnibus Regalibus asseverent, Recte tamen excipitur ius indicendi bellum publicum, condendi Leges univerales, tribuendi alijs potestatem instituendi nova vestigalia: Hæc enim Imperatorem alijs concedere non posse, juris ratio dictat, & Imperij Recepsius satis luculenter docent.

86. Circa hanc concessionem autem meritò quoad Regalia Majestatis inter inseparabilia & particularia distinguendum erit. Nam illa subditis in feudum dari non possunt, cùm sint solius Imperatoris propria, ejusq; Majestati quasi infixa: Reichsabschied Kœyssers Maximiliani des Andern/ zu Regensburg / Anno 1576. §. Dardurch dann/ ibi, zu vnserer Kœy, sondern Hoheit vnd Reservaten/f. 345. Hæc ab Imperatore concedi solent, non modò aliis Principibus & Civitatibus Imperialibus, sed etiam personis privatis, quos Comites Palatinos nuncupamus. Reformation gütter Polizey/ Kœysser Caroli des Fünfften/ zu Augsburg. Anno 1530. rub. fin. Bon Handwercks Söhnen/Gesellen/Knechten vnd Lehrnaben: S. Doch einer jeden Oberkeit/ so Regalien von uns vnd dem H. Reich hat. f. 211. At Fisci Regalia Imperator liberius in feudum alijs concedere potest. c. Super quibusdam. 26. vers. preterea x.  
de V. S.

87. Sed insignis hic oritur controversia: Num Duces, Marchiones & Comites ex generali Regalium concessione, etiam Majestatis Regalia consequantur? Negativa probabilis est: Cùm ea, quæ soli Imperatori in signum superioritatis & singularis privilegiis sunt reservata, generali concessione non transeant: c. quod translatione. 4. x. de offic. Leg. Et alijs sub generali concessione, ea, quæ specialiter concedenda sunt, non veniunt. L. obligatione generali, 6. iunct. aliquos LL. seqq. ff. de pign. c. in generali. 81. de R. I. in 6.

88. Exemplum hujus rei habemus in Vasallo. Is enim generliter alienando bona sua, feudum alienasse non intelligitur, nisi specialiter de eo mentionem fecerit. per text. 2. f. 26. §. in generali. Quod si id

si id in Vasallo non procedit, multò minus in Imperatore locum ob-  
tinebit, vt is generaliter concedendo Regalia, Majestatis vna con-  
cessisse præsumatur. Quemadmodum igitur Vasallus in generali  
bonorum suorum alienatione feudum, sic & Imperator Majestatis  
Regalia, quæ tantum ad ipsum spectant, sibi reservasse intelligitur.

89. At quæstio hic exoritur, contentionibus Dd. obtinaria: Num  
generali concessione feudi Ducatus, Comitatus, Marchionatus, ipsa  
quoq; Regalia tacite concessa intelligantur? Potior & sanior est sen-  
tentia negantium, cùm sine speciali concessione non intelligantur  
translata, qua in signum privilegij singularis Majestati Casarez sunt  
reservata: maximè, cùm Regalium concessio strictè accipienda sit,  
ad eo, vt concessis quibusdam Regalibus, concessio isthac ad simili-  
lia porrigi non debeat.

90. Sic etiam concesso alicui castro, cum Jurisdictione, Mero &  
Mixto imperio, excepta nihilominus intelliguntur Regalia, ne qui-  
dem obstante clausula: *Omnibus cum pertinentiis*: Mit allen Wür-  
gen/ zu vnd eingehörungen/ an Zinsen/ Gütern/ Ränten/ Jährlichen einkom-  
men/ Gerecht vnd Rechten. Nam verba hæc investiture (cum omni  
jure) spectant tantum illud jus, quod Ducatui Marchionatu vel  
Castro cohereret.

91. Quod si Regem Imperator creaverit, ne tunc quidem Re-  
galia concessisse intelligitur: Idq; ex eo liquet, quod Auri, Argenti  
& Metalli Fodinarum Regalia, vt Principibus Electoribus in suis  
Provinciis, sic & Regib; Bohemia in speciale privilegium tribuan-  
tur: in Aur. Bull. Car. IV. Imp. tit. 9. Von den Gold/ Silbern vnd andern  
Erzgruben. Quo tamen speciali privilegio opus haud fuisset, si Re-  
galia isthac, vt Electores, sic etiam Reges jure communi habui-  
sent: cùm superflue concedatur specialiter id, quod jure communi  
permisum est: L. vn. C. de thesaur.

92. Tacita quoq; concessione, nempe præscriptione, Regalia  
acquiruntur. d. e. super quibusdam 26. vers. præterea. x. de V. S. per tem-  
pus, cuius initij memoria in contrarium non extat. d. vers. præterea.  
Reichsabschied Kaisers Caroli des Fünften / zu Augspurg / Anno 1548. §.  
Wann auch ein aufgezogener. ibi. daß er in eins Menschen gedenkt / f. 10.  
& §. Wo aber innerhalb Menschen gedenken. f. 11. Ex immemoriali ete-  
nim tempore præsumitur consensus Imperatoris, vt alia probatio-

D ne non



ne non sit opus: cùm tempus hoc vim constituti habeat: arg. L. hot  
jure. 3. §. ductus aquæ. 4. ff. de aqua quot. & alij. & alijs vetustas pro Lé-  
ge reputetur. L. in summa. 2. in pr. ff. de aq. & aq. pluv. art.

93. Atq; hoc in Regalibus Imperatori in signum singularis  
privilegij competentibus, locum obtinet: qualia sunt ex Regalibus  
Majestatis, Legitimare Spurios, creare Notarios, erigere vestigalia,  
nobilitare, &c. Et Fisci Regalia omnia: Nam illa tempore immemoriali  
præscribuntur: d.c. super quibusdam. 26. vers. præterea. x. de V.S.  
De Jure Saxonico idem tempus immemoriale requiritur: cùm e-  
nim hoc in casu nihil speciale constitutum sit, merito ad jus Civilē  
& Canonicum recurrentum erit.

94. Diversum obtinet in Regalibus Imperatori in signum sua  
prioritatis & subjectionis competentibus: qualia sunt Tributum,  
Census & Suprema Jurisdicō. In quibus immemorialis præscri-  
ptio nihil quicquam operatur, adeò, vt ejusmodi Regalia natio vnu-  
quām modo præscribi queant: L. competit. 6. in fin. ibi. nec cuiuscunq;  
temporis præscriptionē. C. de præscript. 30. vel 40. ann. c. cùm non liceat. 12. in  
fin. ibi. præscriptione temporis non obstante. c. cum ex officij. 16. x. de præscript.  
Ratio est: quoniam hæc jura sunt Imperatori reservata in signum  
recognitionis dominii universalis: vtigitur nemo potest fieri ac-  
cephalus sine capite vel domino, sic nec præscriptio locum habebit.

95. Sed num ad immemorialem præscriptionem scientia & pa-  
tientia Imperatoris requiratur? E re erit hic subjungens. Nes-  
gativa defendi potest: cùm enim in præscriptione rerum corpora-  
lijum distincō scientia & ignorantiae sublata sit: L. fin. vers. si riguit.  
C. de præscript. longi temp. dec. vel vig. ann. Eadem quoq; in rebus in-  
corporalibus, quibus & Regalia adnumerantur, nullius ponderis &  
momenti amplius erit: d. L. fin. in fin. C. d. t.

96. Accedit, quod præscriptio hæc juris potestate concessionē  
speciali Imperatoris comparetur, & vim habeat Privilegii à Princi-  
pe expressē, atq; ex certa scientia concessi. arg. d. c. super quibusdam.  
26. vers. præterea. x. de V. S. tacitam Imperatoris concessionem con-  
tineat: arg. L. alienationis. 28. in pr. ff. de V. S. vim tituli legitimè ac-  
quisiti habeat: arg. L. hot jure. 3. §. du Elus. 4. ff. de aq. quot. & alij. om nem  
defectum suppleat, illudq; quod alijs irritum, nullum & invalidum  
est, firmer, corroboret & validum reddat, siquidem præsumptio  
nem

nem juris & de jure inducat: c. Epistopum. i. circa fin: de præscript. in 9.

97. An autem hæc præscriptio bonam fidem admittat, indagare lubet? Negativam ut veriorem, veritatis studio, rubeimus. Præscriptio etenim temporis immemorialis omnem sinistram præsumptionem excludit, plenissimamq; securitatem parit, nulla demala fide aut titulo quællione admissa. c. si diligenti. 17. x. de præscript.

98. Anceps itidem, at valde dubia est quæstio: An Regalia formata, ut Dd. loquuntur, quæ jām competunt privato, cui fortè ab Imperatore concessa erant, præscriptione longissimi temporis triginta vel quadraginta annorum acquirantur? communis & impræcepta est opinio affirmativa: Omnes enim actions, licet ius publicum concernant, qua triginta vel paucioribus non tolluntur, quadraginta annis excluduntur: L. omnes 4. vers. quicquid autem. C. de præscript. 39. vel 40. ann. Sic etiam hæc Regalia, cùm non amplius considerentur ex privilegio imperatoris.

99. Supereft deniq; vt Regalium amissionem patens consideremus: Amittuntur vero iisdem modis, quibus acquiruntur: arg. L. si res. i. in fin. ff. pro derel. Et Fisci quidem Regalia præscriptione amittuntur, non modò cùm præscribens ea sibi acquirit, verum etiam, cùm immunitatem à præstando eo, quod jure Regali Fisco debetur, præscribit: veluti, immunitatem à Regalibus præstandis. L. locatio. 9. §. earam. 6. ff. de publican. & relig.

100. Idem locum obtinet in Majestatis Regalibus, Imperatori in signum singularis privilegii competentibus: Non autem in iis, quæ in signum superioritatis & subjectionis Imperatori tribuuntur. Atq; hæc de pulcherrima & utilissima Regalium materia, non pro ipsius dignitate, sed pro ingenii nostri tenuitate, dicta sufficiant.

## COROLLARIUM.

## HISTORICO-POLITICUM.


Gloriosissimum arg. L. humanum. 8. ibi. gloriessimo catus vestro. C. de LL. Eleitorum Imperii Collegium, non à Gregorio V. Pontifice originem traxisse, neq; sub Ottone III. Imperatore institutum, nec certâ aliquâ Imperatoris constitutione, sed sensim natum, ac consuetudine firmatum, & tandem à Carolo IV. confirmatum esse,

nobis persuasum habemus. Nam Carolus in Aurea Bulla, in qua  
multa de Electoribus, eorumdemque iuribus ac privilegiis decidun-  
tur, non ad ullam Antecessorum sanctionem, sed semper ad con-  
suetudinem provocat. Per Text. in Tit. 1. Von der Churfürsten geleit/  
wie vnd von wen dasselbig seyn sol. in pr. ibi. nach alter löblicher gewohnheit/  
Tit. 2. Von der Wahl eines Römischen Königs. §. Und dieweil. ibi. Von  
alter / bewehrter vnd löblicher gewohnheit. Tit. 4. Von den Churfürsten in ge-  
wein: in fin. ibi. Wie solches von alter herkommen ist. Tit. 9. Von dem  
Gold/ Silber vnd andern Erzgruben. in fin. ibi. Von Alterlöblicher vnd be-  
wehrter / auch durch langwieriger zeit verjährtener gewohnheit. His accedit  
e. venerabilem. 34. vers. unde illu. ibi. ad quos de jure ac antiqua Consuetu-  
dine noscitur pertinere. x. de elect. & elect. pot. Satius igitur est, con-  
suetudini certæ, quam juri cvidam incerto originem Electorum ac-  
cessere: cum nullus titulus firmior esse possit, quam mos, cuius  
memoria non extat. Vetus enim pro Lege habetur. L. in summa.  
2. in pr. ff. de aqua & aq. plur. art. L. hoc jure. 3. §. dulcis. 4.  
ff. de aq. quot. & est.

DEO TRIN-VNI, REGI REGVM,  
ET DOMINO DOMINANTIVM SIT  
LAVS, HONOR ET GLORIA, IN  
SEMPITERNA SECVLIA.















01 A 6518



VD 17

WKO ✓



21  
Sed ut in manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur.

22  
Sed ut in manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur.

23  
Sed ut in manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur.

24  
**S**ed ut in manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur.

25  
Sed ut in manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur.

26  
Sed ut in manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur. sed ut in  
manu dicitur.



XXXIX.  
DISSERTATIO  
JURIDICO-POLITICA  
DE  
REGALIBUS,

Quam

*Supremo Rege & Directore Fortunante:*

*In Celeberrima LIPSIENSIA Academia:*

Consensu, Autoritate, Decreto ac Permissu, Magnifici Dn. FRANCISCI ROMANI, I Cti & Ordinarij Praecellentissimi, Amplissimi Dn. ELIE HEIDENREICHS, Senioris Meritissimi, nec non totius confessus Inclytæ Facultatis Juridicæ Clarissimi, Consultissimiq;

SUB PRÆSIDEO  
HEINRICI KRAPPII LIPSIENSIS,  
U. J. LICENTIANDI

*Privati exercitij gratiâ defendet,*  
JOHANNES STVLPNERVS,  
LVCENA-MISNICVS, LL.Stud.

*Ad Diem XVIII. Aprilis, horâ VI.  
matutinâ, cum seqq.*

*LIPSIAE, Excudebat JOHAN Glöck.*

